

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

Ioannes Camerarius Dalburgius [...] suo Io. Reuchin S.

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

EPIS. ILLVST. VIRORVM AD

Ioannes gratissimum utriq; munus tuū fuisse, existimabis recte operam nos daturus ut tibi gratias referre possimus. Tu inter familiam nostram numeraberis, obseruaberis, tuum erit quicquid nostrū est. Speramus eam tempestatem de qua nos admones, & quā celo impendere etiam ipsi cernimus, maiore tranquillitate q̄ suspicemur abituram, deosq; propicios fore, domino tuo conseruatori auriq; pacis & optimo principi (ita semp in animo nostro habitus est) multos adhuc uitæ dies longioraq; tempora superuiuendi bene sperantes opramus, neq; eam perniciē Reipub. q̄ mors sua minas esse passuros deum sanctosq; cælitēs. Qd̄ si res sinistris fatis agitabunt, tales nos fratremq; nostrum offendes, quales nos noiasti, hoc est aylum futurarum calamitatum, nihil in rebus fortunisq; nostris futurum est quod non tuum esse arbitrari debebis. Sic uale, quoulsq; plusq; charraq; suppeditauerit. Iterum uale xii. Decemb. M. cccc. xxi.

Ioannes Camerarius Dalburgius Epūs Vuormaciē.
charissimo p̄ceptorī suo Io. Reuchlin S.

Quod Vuormaciæ es in hac impura tēpestate, duplici ex causa gaudeo, altera q̄ propinq̄or sis, ut amplior mihi spes uisendi tui relinqua. Altera, q̄ q̄ta mecū actū sit iniuria, temeritate & insolentia rectius possis intelligere. Scito & me prius q̄ de tuo aduentu certior essem fact⁹, destinasse aio, & oīno cōstituisse abste pro nostra amicicia & mutua bñuolētia exigere uelle, ut q̄ citissime ad nos cōuolares, amicissimi & cōstantissimi homis officiū ostensurus. Cū igit tibi cōmodior & recta sit nata occasio, te p̄ nostrū amorem, per sacras ipsas literas & musas oro, req̄ro, admo neo, ut ad nos uenias, multa. n. tecum pro salute Reipubl. & nostra tranquillitate sum communicaturus. Tu uale, & amicu te ostēdito. Sum Laudēburgii aduentum tuū ardentissime expectans. Dat. pro pere & tumultuarie mi suauissime Reuchlin v. Octobris.

Jacobus Aurelius de Questenberg, Decretorum Doctor, &
Breuium apostolicorum Scriba. Ioanni Reuchlin
Illustri Comiti Vuirtembergensis Oratori
& Consiliario.

Magnifice uir & Doctor excellentissime salue. Hodie mane paulo post horā undecimā cū tui uisēdi gratia diuerforiū uestrū peterē, nunciatū est mihi e media uia te sine literis